

magnificétur nomen tuum in géntibus, ac in omni loco sacrificétur et offerátur nómini tuo oblatio munda.

Donis coeléstibus da nobis, quaesumus, Dómine, libera tibi mente servíre: ut múnere quae deférimus, interveniénte beáto Evangelísta tuo Luca, et medélam nobis operéntur, et glóriam. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum. **M. Amen.**

magnificato il tuo nome fra le genti, e si sacrifichi in ogni luogo e si offra nel Tuo nome un'oblazione monda.

Con la tua grazia fa, o Signore, che noi Ti serviamo con animo puro: affinché le offerte che Ti presentiamo, per l'intercessione del beato Luca Evangelista, operino la nostra salvezza e la nostra gloria. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli. **M. Amen.**

PREFAZIO DELLA SS. TRINITÀ

COMMÚNIO

Ps. 118, 49-50 - Meménto verbi tui servo tuo, Dómine, in quo mihi spem dedísti: haec me consoláta est in humilitáte mea.

Sal. 118, 49-50 - Ricordati della tua parola detta al servo tuo, o Signore, nella quale mi hai dato speranza: essa è stata il mio conforto nella umiliazione.

POSTCOMMÚNIO

Ut sacris, Dómine, reddámur digni munéribus: fac nos, quaesumus, tuis semper obedíre mandátis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

Redemptiónis nostrae múnere vegetáti: quaesumus, Dómine; ut hoc perpétuae salutis auxilió, fides semper vera proficiat.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut, quod de sancto altári tuo accépipimus, précebus beáti Evangelístae tui Lucae, sanctíficet ánimas nostras, per quod tuti esse possimus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum. **M. Amen.**

O Signore, onde siamo degni dei sacri doni, fa, Te ne preghiamo, che obbediamo sempre ai tuoi precetti. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

Nutriti del dono della nostra redenzione, Ti preghiamo, o Signore: affinché con questo aiuto di perpetua salute, progredisca sempre la vera fede.

Fa, o Dio onnipotente: che quanto abbiamo ricevuto dal tuo santo altare, per le preghiere del tuo beato Luca Evangelista, santifichi le nostre anime, così che possiamo vivere sicuri. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli. **M. Amen.**

Inter Multiplices Una Vox

Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana
c/o Calógero Cammarata, via Tetti Grandi, 9, 10022 Carmagnola (TO)

tel.: 011.19720362

indirizzo internet: www.unavox.it - indirizzo posta elettronica: unavox@cometacom.it

Torino 2020 - Pro manuscripto

MESSALINO FESTIVO

Testo latino e traduzione italiana

PROPRIO DELLA S. MESSA

tratto dal *Missale Romanum* a. D. 1962 promulgatum

**XX Domenica dopo Pentecoste
Penultima di ottobre 2020
Pro Fidei propagatione
San Luca, Evangelista**

INTRÓITUS

Dan. 3, 31, 29 et 35 - Omnia quae fecísti nobis, Dómine, in vero iudício fecísti, quia peccávimus tibi, et mandátis tuis non obedívimus: sed da glóriam nómini tuo, et fac nobíscum secúndum multitúdinem misericórdiae tuae.

Ps. 118, 1 - Beáti immaculáti in via: qui ambulant in lege Dómini.

Glória Patri...

Dan. 3, 31, 29 et 35 - Omnia quae fecístis nobis,...

Dan. 3, 31, 29 et 35 - In tutto quello che ci hai fatto, o Signore, hai agito con vera giustizia, perché noi peccammo contro di Te e non obbedimmo ai tuoi comandamenti: ma Tu dà gloria al tuo nome e fai a noi secondo l'immensità della tua misericordia.

Sal. 118, 1 - Beati gli uomini di condotta integra: che procedono secondo la legge del Signore.

Gloria al Padre...

Dan. 3, 31, 29 et 35 - In tutto quello che ci hai fatto,...

ORÁTIO

Largíre, quaesumus, Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placátus et pacem: ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, et secúra tibi mente desérviant. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

Deus, qui omnes hómines vis salvos fieri et ad agnitiónem veritátis venire: mitte, quaesumus, operários in messem tuam, et da eis cum omni fidúcia loqui verbum tuum; ut sermo tuus currat et clarificétur, et omnes gentes cognóscant te solum Deum verum, et quem misísti Iesum Christum, Fílium tuum, Dominum nostrum.

Largisci placato, Te ne preghiamo, o Signore, il perdono e la pace ai tuoi fedeli: affinché siano mandati da tutti i peccati e Ti servano con tranquilla coscienza. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

O Dio, che tutti gli uomini vuoi salvi e condotti alla conoscenza della verità: manda, Te ne preghiamo, operai alla tua messe e fa che annuncino con ogni fiducia la Tua parola, affinché si diffonda e sia glorificata, e tutti i popoli conoscano Te solo Dio vero e Colui che Tu mandasti, Gesù Cristo, Tuo Figlio e Signore nostro.

Intervéniat pro nobis, quaesumus, Dómine, sanctus tuus Lucas Evangelísta: qui crucis mortificatióem iúgiter in suo corpore, pro tui nóminis honóre, portávit. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculórum.

M. - Amen.

Intervenga in nostro favore, Te ne preghiamo, o Signore, il tuo santo Luca Evangelista: lui che, in onore del tuo nome, portò nella sua carne la mortificazione della croce. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

M. - Amen.

EPISTOLA

Lectio **Epístolae** B. Pauli Ap. ad *Ephésios*, 5, 15-21

Fratres: Vidéte quómodo caute ambulétis: non quasi insipiéntes, sed ut sapiéntes, rediméntes tempus, quóniam dies mali sunt. Proptérea nolíte fieri imprudéntes, sed intelligéntes, quae sit volúntas Dei. Et nolíte inebriári vino, in quo est luxúria: sed implémini Spíritu Sancto, loquéntes vobismetípsis in psalmis, et hymnis, et cánticis spirituálibus, cantántes, et psalléntes in córdibus vestris Dómino: grátias agéntes semper pro ómnibus, in nómine Dómini nostri Iesu Christi, Deo et Patri. Subiéciti ínvicem in timóre Christi.

M. - Deo grátias.

Lettura della **Lettera** del B. Paolo Ap. agli *Efesini*, 5, 15-21

Fratelli: Badate al modo di comportarvi, non da stolti, ma da sapienti, approfittando di ogni occasione, poiché i giorni sono cattivi. Per questo non siate imprudenti, ma comprendete qual è la volontà di Dio. E non vi ubbriacate col vino, sorgente di lussuria: ma siate ripieni di Spirito Santo, intrattenendovi con salmi e inni e cantici spirituali: cantando e salmeggiando di cuore al Signore, rendendo sempre grazie per ogni cosa a Dio Padre nel nome del Signore nostro Gesù Cristo. Siate soggetti gli uni agli altri nel timore di Cristo.

M. - Deo grátias.

GRADUALE

Ps. 144, 15-16 - Oculi ómnium in te spérant, Dómine: et tu das illis escam in tempore opportúno.

Aperis tu manum tuam: et imples omne ánimam benedictióne.

Sal. 144, 15-16 - Tutti rivolgono gli sguardi a Te, o Signore: dà loro il cibo al momento opportuno.

Apri la tua mano e colmi di ogni benedizione ogni vivente.

ALLELÚIA

Ps. 107, 2 - Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi, glória mea. Allelúia.

Sal. 107, 2 - Il mio cuore è pronto, o Dio, il mio cuore è pronto: canterò e inneggerò a Te, che sei la mia gloria. Allelúia.

EVANGÉLIUM

Sequéntia S. **Evangélii** secundum *Ioán-nem*, 4, 46-53

In illo témpore: Erat quídam régulus, cuius fílius infirmabátur Caphárnaum. Hic cum audísset, quia Iesus adveníret a Iudaéa in Galilaéam, ábiit ad eum, et rogábat eum ut descénderet, et sanáret fílium eius: incipiébat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa et prodígia vidéritis, non créditis. Dicit ad eum régulus: Dómine, descénde priúsqvam moriátur fílius meus. Dicit ei Iesus: Vade, fílius tuus vivit. Crédidit homo sermóni, quem dixit ei Iesus, et ibat. Iam áutem eo descendénte, servi occurrérunt ei, et nuntiavérunt dicéntes, quia fílius eius víveret. Interrogábat ergo horam ab eis, in qua mélius habúerit. Et dixerunt ei: Quia eri hora séptima relíquit eum febris. Cognóvit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: Fílius tuus vivit: et crédidit ipse, et domus eius tota.

M. - Laus tibi Christe.

Séguito del S. **Vangelo** secondo *Giovanni*, 4, 46-53

In quel tempo: Vi era a Cafàrnao un certo regolo, il cui figlio era malato. Avendo udito che Gesù dalla Giudea veniva in Galilea, andò da lui e lo pregò perché andasse a sanare suo figlio, che stava per morire. Gesù gli disse: Se non vedete miracoli e prodigi non credete. Gli rispose il regolo: Vieni, Signore, prima che mio figlio muoia. Gesù gli disse: Va, tuo figlio vive. Quell'uomo prestò fede alle parole di Gesù e partí. E mentre era già per strada, gli corsero incontro i servi e gli annunziarono che suo figlio viveva. Allora domandò loro in che ora avesse incominciato a star meglio, e quelli risposero: Ieri, all'ora settima, lo lasciò la febbre. Il padre allora riconobbe che quella era l'ora stessa in cui Gesù gli aveva detto: Tuo figlio vive. E credette lui e tutta la sua casa.

M. - Lode a Te, o Cristo.

ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

Ps. 136, 1 - Super flúmina Babylónis illic sédimus, et flévimus: dum recordarémur tui, Sion.

Sal. 136, 1 - Sulle rive dei fiumi di Babilonia ci siamo seduti e abbiamo pianto: ricordandoci di te, o Sion.

SECRÉTA

Coeléstem nobis praébeant haec mystéria, quaesumus, Dómine, medicínam: et vítia nostri cordis expúrgent. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculórum.

Protéctor noster, aspice, Deus, et respice in fáciem Christi tui, qui dedit redemptionem semetípsum pro ómnibus: et fac ut ab ortu solis usque ad occásum

O Signore, Te ne preghiamo, fa che questi misteri ci siano come rimedio celeste e purifichino il nostro cuore dai suoi vizii. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

O Dio, protettore nostro, volgi lo sguardo al Tuo Cristo, che offrì Sé stesso per la redenzione di tutti: e fa che dall'Oriente all'Occidente sia